



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Opvs De Iudiciis Divinis, Qvae Devs In Hoc Mvndo Exercet

Accessit index concionatorius in omnes totius anni dies Dominicos &
Festos, ab ipso Auctore confectus

Stengel, Georg

Ingolstadii, 1651

18. Morbum tamquam magnum Dei donum acceptavit Lessius.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45701

Crucifixi effigies, qua in studiorum mensa consistebat, sedentem; qua parieti affixa, ambulantiem; qua in oratorio supplicantiem; duplex, qua in lecto, ad pedes altera, altera e lectica tholo jacenti imminens, ne ipsa quies à Cruce vacaret decumbentem commonefaciebat. Ita omni loco, quouis tempore, Christo suo commoriebatur.

Ut plura de robustissima eius patientia non proferam, illud tamen praterire non possim, quòd numeris omnibus eam legem expleuerit, quam S. P. Igaatius egris suis præscripsit. Qui egrotat, humilitatem & patientiam suam prae se ferendo, non minorem adificationem dum morbo laborat, ipsi, qui ipsum inuisent, & cum eo versabuntur & agent, quam dum valebat corpore, ad maiorem DEI gloriam prestare curet, verbis pijs, & ad adificationem facientibus, utendo, qua ostendant egritudine acceptari, ut donum de manu Creatoris ac Domini nostri; quandoquidem non minùs donum est, quàm sanitas. Et sæpe etiam maius, quia per morbos offertur occasio gratiæ diuinæ augendæ, item quæ patientiæ exercendæ ac docendæ, nouorum quæ meritum & graduum gloriæ adipiscendorum; nec non obediendiæ medicis præstandæ; item quæ voluntatis suæ cum diuina confirmandæ, & actuum heroicorum amoris Dei eliciendorum. Quæ quia non ignorauit Lessius, tot miserias, & dolores, tamquam donum de manu Creatoris ac Domini nostri acceptauit, qui simul cum donis suis accedens facit, ut, sicut dona crescunt, ita quoque crescat vnio ipsa cum Deo. Sic ergo vnitus Lessius, idem voluit, idem noluit, quod Deus; maior patientiâ, quàm scientiâ effectus, ut in æternum cum patientibus dicere posset: *Latati sumus pro diebus, quibus nos humiliasti: annis, quibus vidimus* Psal. 89. 15. & experti sumus mala; recepimus enim mala in vita nostra, cum Lazaro, ut in æterna vita vera æternaque bona recipiamus.

XVIII.

CAPVT XXXI.

Patientia eorum, qui morbos, tamquam diuinum beneficium, amauerunt, & desiderauerunt.



Emo alterum magis amat, quàm qui eius causa nihil non aduersi sustinere cupit. Ardorem hunc suum expressit Petrus, cum dicere: *Domine tecum paratus sum* Luc. 22. 23. & in

R r 3